Noverint universi quod ego Ellivia uxor Johannis Moratelli vicinatus de Rivosicho parrochie Sancti Saturnini de voluntate et expresso
consensu dicti viri mei presentis et consencientis gratis et facio me feminam propriam et solidam vestri venerabilis et religiose domine Sibilie
Dei gratia abbatisse Monasterii Sancti Danielis Gerunde licet absentis et succedencium vestrarum in dicto Monasterio, una cum omni prole ex me annodo
descendenti et omnibus bonis meis mobilibus presentibus et futuris eo quia causa matrimonii per me contracti cum dicto viro meo intravi
mansum suum vocatum Moratelli situm infra dictos vicinatum et parrochiam quem per vobis tenet et ex quo et eius honoribus terris vineis
et possessionibus consuevistis habere homines et mulieres census et alias servitutes. Quocirca promitto vobis quod ero vobis et succedentibus
vestris in dicto Monasterio bona fidelis et legalis de corpore et avere prout vassalla esse debet et tenetur suo domino naturali. Et quando
intrabo causa morandi castrum villam vel civitatem vel alium locum privilegiatum propter quod vos possitis me amittere et alia mea
lucrari, vos et succedentes vestras predictas pro dominabus meis ubique reclamabo. Et pro predictis attendendis et complendis obligo
vobis et vestris et notario infrascripto tanquam publice persone predicta omnia et etiam infrascripta a me nomine vestri absentis et omnium quorum
interest et interierit aut poterit et poterit interesse legittime stipulanti et recipienti me et omnia bona mea ubique habita et habenda, iurans etiam
sponte per Deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter a me tacta predicta omnia et singula et etiam infrascripta rata grata et
firma semper habere tenere et servare ac ea attendere et complere et nullatenus contrafacere vel venire iure aliquo sive causa. Virtute
cuiusquidem iuramenti Renuncio scienter super hiis omni exceptioni doli et metus et actioni in factum et beneficio restitutionis in
integrum et iuri minoris etatis et etiam Velleyani beneficio et autentice Si qua mulier et omni alii iuri hiis obviati.
Et pro premissis etiam servandis facio homagium in manibus comendatum venerabilis Bernardo de Villari baiulo Castri de Sancto
Saturnino ipsum homagium nomine vestro et omnium quorum interest et interierit aut poterit et poterit interesse recipienti. Sit quod si contra fecero
sim ipso facto pena proditoris et bausatoris iuxta forum Aragonie et constitutiones Cathalonie generales. Et ego dictus Johannes
Moratelli consenciens predictis de voluntate mea suis firmo hec et laudo. Actum est hoc in parrochia de Sancto Saturnino septima
die Iunii anno a nativitate Domini Millesimo Trescentesimo Nonagesimo Secundo. Sig+num Ellivie uxoris Johannis Moratelli iura
tis. Sig+num Johannis Moratelli eius viri consencientis predictorum qui hec firmamus et laudamus.

Testes huius rei sunt Franciscus Anglade clericus deserviens in ecclesia de Sancto Saturnino et Guillelmus de Colle no
tarius de Crudiliis.

Sig+num Andreas Carmelli notarius publicus auctoritate regia a Jasperto de Campolongo publico Gerunde notario hic scribi fecit
clausit.

[illegible] de femina propria [illegible] Alvira muller de [illegible] [illegible] per raho de ser entrada en lo mas Moratell de St. Sadurni en favor de St. Daniel. A 7 juny 1390.

Folio 287.

S. Sadurni.
Mas Morratell.

[illegible] Segon Plech S. Sadurni

1074

homenatges del mas moratel de sent saduri

T. 285 x 815

N.º 63. Hom. Mas Moratell S. Sadurni.

libre 21. folio 16